



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Quomodo restituendum. n. 465.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

ret, se, manendo in saeculo, posse satisfacere
 Creditoribus, non vero in Religione; sive
 deinde sit debitor ex delicto, sive ex contractu,
 Ratio est: quia Religionem ingredi est de
 consilio, restituere autem alienum est de prae-
 cepto naturali, divinoque, ergo stante hoc
 utroque jure, ejusque obligatione, ingressus
 Religionis est illicitus ac iniurius. Creditori-
 bus: quia per eum debitor se reddit impo-
 tentem ad solvendum. Caeterum eius pro-
 fessio est valida, tamen Superior hoc sciens vi-
 detur se obligare ad permittendum tali subdito
 labores eos, quibus debita sua persolvere val-
 leat.

Quomodo.

De Debitore ex Contractu &
 re accepta.

CONFIDENTIA. XXXV.

465. **T**U locasti mihi equum: commodasti ve-
 stem: deposuisti pecuniam: Ego tibi
 haec omnia remisi per fidelem meum famulum
 qui in via omnibus spoliatus rediit. Teneor
 ad novam restitutionem.

R. Negative cum *Comm. DD. & Molin.*
Disp. 276. n. 12. Ratio est: Quia res domino
 suo perit: sed tu eras omnium istorum domi-
 nus, utpote debiti realis sive rei determinatae
 in individuo: igitur tibi perierunt, ut ego
 non

non amplius teneat ad restitutionem; Teneret autem, si debitum fuisset personale & indeterminatum (V. g. centum floren à te mihi mutuo dari) quia tunc fuisset ego dominus illius, & per consequens mihi periissent, non tibi. A vero si tu mihi famulum tuum misisses ad aufeendum debitum, & ille cum eo aufugisset, illud tibi periisset, & ego liber manerem; quia famulus à domino destinatus facit quasi unam personam cum domino, ideoque tradere rem tali famulo idem est, ac eam domino tradere, saltem tunc, quando ea non est debita ex delicto, de quo postea.

CONFERENCE. XXXXXVI.

De Debitore ex Voto.

Vovisti vel jurasti Deo Calicem aureum, aut certam pecuniam dare B. V. Enfidensi, misisti per virum fidelem putatum, sed ipse sibi retinuit: obligarisne alium mittere ad solvendum votum.

466.

R. Cam Diana p. 10. tr. 16. resol. 97. Tambur. & alii: minime. Ratio est: quia in re morali satis ex Dei benignitate, à te votum vel juramentum censendum est adimpletum, dum bona fide traderes calicem vel pecuniam tali homini.

CON.